



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concinatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)

APPROBATIO.

Rev. P. *Isaia Ehingani*, *Guardiani Veldkirchensis*, &
Definitoris, & *A. V. P. Alexij Constantiensis*
Lectoris SS. Theologiae ibidem

Iubente Rev. P. Perfecto Constantiensi, Provinciae nostrae Anterioris Austriae Ministro Provinciali, nos infra scripti studiosa lectione, ac diligenti examine revisimus *Opus Praedicabile seu Discursus sacros de Planctu Ecclesiae & Anima*, unà cum *duabus Passionibus de libro vitae & divini amoris excessu*, à Rev. P. *Francisco Iosepho ex Busmanshausen*, Concionatore, ejusdemque Provinciae Diffinitore, in usum praedicatorum verbi Dei ingeniosè elaboratos; Nec solum non offendimus à nostra fide Orthodoxa, sana doctrina, aut probis moribus aliquid devium, sed potius eruditione ac efficaci moralitate abundè refertos, atque ad reformandos mores singulariter utiles, ut ad votum Auctoris *Ecclesiae & Anima Planctus* convertatur in gaudium. Quos proinde pro bono publico fidelium, totiusque non modò Seraphicae Religionis Nostrae, sed & Ecclesiae ornamento, luce, ac praelo quàm maximè dignos judicamus. *Veldkirchij 16. Aprilis Anno 1679.*

F. Isaias Ehinganus Caput.
F. Alexius Constantiensis Caput.

APPRO-